UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartolvs In Primam Infortiati Partem

Bartolus

Lvgdvni, 1567

Vt in poffessione legatorum esse liceat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96147

Visual Library

quando debitum eſt purum ⁊ liquidum iudici per confeſſionem
partis: hic autem licet legatum ſit purum, tamen heres diff te-
batur,nec dicebat,hodie conſtat,hodie agatur, ſecundum l.ſi is
a quo.ff.tit.j.ſed petebat libellum,vnde cum ordinarie procedat,
debet habere longum tractatum,ideo preſtatur cautio,l.poſtꝙ.
§.Imperatoꝛ.ff.eo.⁊ ibi gloſſ. ſecundum caſus poſitionem vide-
tur ſic intelligere.

ADDITIO.

a ALEX.¶Etiam de pꝛeſenti.Et hic eſt glo.ꝙ hoc edictum ha-
bet locum in donatione cauſa moꝛ.quam Ray.hic dicit eſſe ſing.
AND.BAR.¶Et tene menti hunc text.licet creditoꝛ pure non
poterit agere contra debitoꝛem,ſed ad debitum.l.ſi mulier.ff.de
condi.ob cau. cum ſimilibus. tamen fallit in vltima voluntate vt
hic.quod eſt notatu dignum.

LEX XVII.

a
b **SI ab vno[a] ex heredibus.[b]**
Oppo.ex ſuperuenienti caſu non augetur obligatio fi-
deiuſſoꝛum,l.Lucius.§.Paulus.ff.ad muni.Gl.j.que dicit, ſcili
cet,ſimpliciter.ſol.contrarium,⁊ ſequens gloſſ. foꝛmat.Et iſta eſt
materia.l.centum Capue.ff.de eo quod cer.lo.⁊ l.quero.ff.loca.

ADDITIONES

a POMA.¶Si ab vno.Vide Ro.ſingu.cxxxv.
b ALEX.¶Heredibus.Adde tex.in l.diuerſum.in pꝛin.quoꝛum
lega.

LEX XVIII.

1 ☞Satiſdatio ſi eſt remiſſa,non remittitur nuda cautio.

QVe filium. Iſta eſt not.lex ⁊ hoc dicit.Sa-
tiſdatio remiſſa non poteſt pe-
ti,etiam ſi heres dilapidet.Item qui petit quod reſti-
turus eſt ex interuallo,nõ repellitur exceptione do
1 lo facis,⁊c.hoc dicit. In tex.ibi,†non compellendum cauere per
ſatiſdationem, ſed nuda cautione cauetur , vt in authen.de reſti.
§.fi.niſi cautionẽ remiſiſſet vt ibi dicit in fin.§.ibi,eſſe heredi.Nec
obſt.l.dolo facit.ff.de excep.do.quia hic res petita non erat reſti-
a tuenda ſtatim,ſed poſt tempus. Iac.de Are. ⁊ Old. opponunt[a]
b ff.eo.l.filio.vbi ſaltem,nuda cautione debet cauere.Glo.ſoluit,[b]ꝙ
hic de auo,ibi de patre, nihil eſt dicere. Glo.dat aliam ſol.ꝙ iſta
concoꝛdat cum illa.Iaco. de are.tenet, ꝙ hic debet cauere nuda
cautione: quia teſtatoꝛ remiſſa ſatiſdatione, exigit cautionem,⁊
tunc remiſſa ſatiſdatione,non eſt remiſſa cautio,arg.in authẽ.de
reſti.§.fin.niſi eſſet remiſſa cautio,vt ibi no. Gl.tamen aliter in d.
l.filio.videtur intelligere,vt ibi dixi.Cõtra iſtam opi.Iac.de are.
videtur text.in eo,quod dicit cauere,ſed ipſe exponit,ſcilicet,cum
fideiuſſoꝛibus.Vel poteſt intelligi, ꝙ illud auth.in fi. habeat lo-
cum in alijs perſonis , quam in iſtis tam coniunctis , qꝛ eo ipſo
ꝙ remittitur ſatiſdatio, ⁊ cautio ſit remiſſa:ſed opi. Iaco.de are.
2 plus placet.¶Quero,†an iſte pater ſit legitimus adminiſtratoꝛ
huius filij? Et gl.dicit ꝙ ſic,ſed iſta gloſ.referendo ſe ad tex.non
eſt vera,quia iſta filia non erat in poteſtate, cum fecit teſtamen-
tum,ideo non eſt legitimus adminiſtratoꝛ,ꝙ alias eſſet,l. fi. C.de
bo.que lib.¶Querit gl.qualiter conſuletur huic fideicommiſſa
3 rio?†Dic vt i gl.iſtud quod dicit gl.ꝙ cogetur ſtatim reſtituere,
eſſet contra ver.Idem queſijt,quia obſtaret exceptio, dolo facit.
Non obſt.l.Imperatoꝛ.quia ibitur in patre, cuius bona debent
ire ad filium, ideo , ſi ante reſtituit , non videtur magnum quid,l.
ſcripto.in fin.ff.vnde libe.ideo teneatis iſtam opi.gloſ.hic.

ADDITIONES.

a ALEX.¶Opponunt.No.limitationem ad regulam, dolo facis
vide Bar.in l.ſi donaturus.§.j.de condi.cau.da.⁊ Bart.in.l.ſi ita
ſtipulatus.de verb.obl. in pen.q. foꝛmata per ipſum extra gloſſ.
circa fi.⁊ Bar.late in l.ſi ſocer.§. Lucius.ſolu.matri.
b POMA.¶Gl.ſoluit.Et no.ꝙ licet pater dilapidet bona , non
tenetur reſtituere interim,ſecundum Bart.licet dicat.gl.ſed text.
quãdo pater dilapidat bona ſua,nihil dicit de bonis reſtituẽdis.

§.Tutoꝛ qui. Iſtã materiam examinaui in l.fin.ff.
quando ex facto tuto.

TITVLVS IIII.

Vt in poſſeſſione lega.ſeu fideicom.
ſeruan.cau.eſſe liceat.

¶Dictum eſt Supꝛa vt leg.no.ca.verum qꝛ quã
doqȝ nõ cauetur, ⁊ quis mittit in
poſſeſſionẽ,ideo hic ponitur iſta rubꝛica,vt in poſſeſſione legato.

LEX I.

1 ☞Tempus quandoqȝ eſt modus tollende obligationis.

SI quis cum. Cautio que non debet
pꝛeſtari,pꝛeſtita ſcien-
ter non condicitur,ſed per ignoꝛantiã facti con-
dicitur quo ad plenam liberationem:⁊ per igno-
rantiam iuris condicitur quo ad liberationem
fideiuſſoꝛum tantum,quibus etiam exceptio cõ-
petit.hoc dicit.no.pꝛincip.⁊ eſt ſubtile. In tex.ibi ſatiſdatio.po-
teſt etiam condicere quo ad liberationem fideiuſſoꝛum , ⁊ ſuam.
Dyn.⁊ gl.¶In tex.ibi,condici poſſe,quo ad liberationem fide-
iuſſoꝛum,non ipſius heredis.Dy.Hic dicitur ꝙ cautio, que non
debet pꝛeſtari,pꝛeſtita condicitur.contra l.cum emptoꝛ. ⁊ l.dam
ni.§.emptoꝛ.ff.de damno infecto.Solu.vt Dyn.plene in l.ſi patro
nus.ff.de don.⁊ quidam hic habent.Opp.de l.qui erat.ff.fa.ercíſ.
ſol. Ibi committitur ſtipulatio ad id ad quod quis tenebitur, ſ.
ad intereſſe,non ad duplũ:in pꝛopoſito iſta ſtipulatio,quãdo per
erroꝛẽ iuris cauit, tũc quo ad fideiuſſoꝛes condicit,qꝛ in nullo te
netur.Et iſtam tenet Dy.in d.l.ſi patronus.Et ſecũdum hoc ha
bes caſum,ꝙ quis poteſt condicere liberationem fideiuſſoꝛis,nõ
ſuam liberationem,⁊ eſt nouus modus agendi.ſ.petere vt alius li
beretur,⁊ vide tex.in pꝛin. Et puto, ꝙ iſtam liberationem condi-
cat ſuo nomine,non fideiuſſoꝛum nomine.Simile in l.idemqȝ.§.ſi
cui.ff.manda.vbi ago actione mandati , vt liberes alium, qꝛ mea
intereſt.Opp.dicitur hic,ꝙ fideiuſſoꝛes ſunt tuti exceptione,cõ-
tra l.ſi quis poſtquam.ff.de fidei.ſol.gl.ibi fideiuſſit pꝛo eo qui nul
lo modo tenebatur,⁊ vide gl.que inc.imo videtur,⁊c.Et iſtud nõ
videtur verum,quia l.ſi quis poſtquam.loquitur quando eſt tẽ-
poꝛe liberatus,⁊ ſic naturalis remanet,l.obligationũ fere.§.pla-
cet.ff.de act.⁊ obli.⁊ ibi no. ergo põt accedere fideiuſſoꝛ.l.fideiuſ.
§.ij.de fide.Sol.ſcd̃m Dy licet remanet naturaliter obligatus,
tamen nullus eſt effectus.hoc dicit.Dy.in l.fina.ff.rem ra.hab.⁊
1 Cyn.in l.cum quis.de iur.⁊ fac.ignoꝛan. Vel opoꝛtet ponere, †ꝙ
tempus eſt modus obligationis tollende quandoque, vt dixi in
l.ſi.ff.rem ra.hab.dixi in d.l.ſi quis poſtquam.

§.Non exigit pꝛetoꝛ. No.ꝙ vt mittat̃ qs in
poſſeſſionẽ,non reqri-
tur moꝛa conuenti,ſed vt ceſſet moꝛa eius,qui cõuenit. Secundo
no.ꝙ non debet offerri cautio.Opp.de l.optimam.C.de cõtrah.⁊
commit.ſtip.ſol. ibi habet diẽ, qui interpellat pꝛo homine. Item
opp.de l.ij.C.de iure emphy.ſol.ibi tacite ineſt dies, qui interpel-
lat pꝛo homine.Op.de l.ſtipulatio iſta.§.j ff.d ope.no.nun.ſol. ibi
volebat ſe ab obſeruantia pꝛecedentis denunciationis ſubtrahe
re:quare debet ſe offerre,vt offertur ad purgationem moꝛe pꝛece
dentis iam inducte.l.illud.de peri.⁊ commo,rei vendi.hic autem
nulla obligatio pꝛecedebat.Old.

1 ☞Pꝛocuratoꝛ actoꝛis quare non cauet,niſi dubitetur de man-
dato.reus vero ſemper.

1 **§.Si debitoꝛi.** No.caſus eſt. Ex iſto tex.† ſumunt
rationẽ doc.que eſt ratio,ꝙ ꝓcura-
toꝛ rei cauet indiſtincte,pꝛocuratoꝛ actoꝛis non , niſi cum dubiũ
eſt de mandato.Et eſt ratio,qꝛ reus eſt cautus ex parte ſua,quia
defendit illud quod habet:⁊ ſic eſt ſibi cautum:ſed actoꝛ petit il-
lud quod non habet,ideo non eſt ſibi cautum, ⁊ debet ei caueri.
Et hoc ſumitur ex iſto textu.

§.Et cui. Gloſſ.querit quomodo erat debitum? Et dic
vt glo.⁊ tene quam vis.

1 ☞Exiſtentia ſui heredis non confirmat legata , niſi fauoꝛe li-
bertatis.
2 Exiſtentia ſui heredis confirmat fideicommiſſum vniuerſale.

a
1 **§.Tunc ante aditam.** [a]No.†ꝙ exiſtẽtia ſui
heredis nõ cõfirmat
legata.Fallit in libertate.l.ſciendum.ff.de manu teſt.⁊ l.cũ quaſi.
2 §.ſed ſi quis.ff.de fideic.lib.Itẽ confirmat†fideicõmiſſum vniuer-
ſale,vt l.ita tamen.§.ſi pater.ff.ad Treb.⁊ quid operetur exiſten-
tia,dicam in l.ſi filius qui patri.de vulg.⁊ pup.

ADDITIO.

a ALEX.¶Tunc ante aditam.Vide Bar.in l.iij.ff.de cond.ind.
⁊ no.etiam Bar.in l.Iulianus verum.de condi.indebi.

1 ☞Mulier que accepit verum pauperem habet remediũ.l.ſi con
ſtante.
2 Debitoꝛ vt tanquam ſuſpectus capiatur,ſuſpicio debet cauſari
poſt contractum.

a **§.Si ſemel.** [a]Oppo.dicitur hic,qd qui ſemel recepit
fideiuſſoꝛẽ malum,imputat ſibi:contra l.
ſi cum dotem,§.ſi mulier.ff.ſol.matr.Sol.Hic ſciẽter recepit,⁊ dic
in l.iij.ff.de fideiuſ.⁊ l.inter cauſas.§.abeſſe.ff.man.Opp.de l.ſciẽ-
b dum.[b]§.pe.ff.qui ſatiſda.cogan.Sol.⁊ tene menti,ꝙ hic pꝛouiſio
hominis perit,⁊ ideo reſtaurabitur:ibi pꝛouiſio legis. Induci-
1 tur ad q.per Dyn.Mulier † accepit in virum quendam paupe-
rem hominem,⁊ dedit ſibi dotem,modo vult petere reſtitutionẽ

dotis ſecundū formā l. ſi conſtante. in prin. §. ſol. matr. ⁊ l. vbi. C.
de iur. dot. Et dicit Dy. ꝙ nō poteſt, quia imputet ſibi mulier quā
do accepit, ⁊ hoc tenet Dy. in d. l. ſi cōſtante. in prin. ⁊ hoc tenuit
Cy. Rayn. ⁊ omnes. Sed hoc ego teneo in repetitione d. l. ſi con
ſtante. ⁊ eſt ratio, quia ſi expreſſe voluiſſet mulier renūciare illi a pꝛin
cipio, expreſſe nō potuiſſet, l. de die. ⁊ l. ſequenti. de pactis dotali
2 bus. ideo nec tacite poteſt. Et per hanc † legem dico qꝺ ſi aliquis
vult facere aliquem capi tanquam ſuſpectum ex forma ſtatuti vel
conſuetudinis, ꝙ ſi cauſa ſuſpicionis ſuberat tempoꝛe quo cum
c eo contraxit, non poteſt capi: ſecus ſi poſtea ſuperuenit, [c] vt hic.
Facit j. de priui. credi. l. ſi creditoꝛes.

ADDITIONES

a ALEX. ¶ Si ſemel. Vide bar. ī l. ꝓtoꝛie, la ij. de ꝓtoꝛia ſtipulatio.
b ALEX. ¶ Opp. de l. ſciendum. Vide Bart. in l. j. de fide. ⁊ Ang.
in l. ſi ab arbitro. qui ſatiſdare cogan.
c ALEX. ¶ Poſtea ſuperuenit. Pro ſuſpicione fuge ꝙ requira
tur ſuſpicio poſt ɔ̄ctū ſuperueniſſe talis, adde Bart. ꝑ illū. tex. in
l. ſi. C. de ſpon. ⁊ Ang. in l. nemo carcerē. j. de exac. tri. li. x. ⁊ latius
per Ang. in l. ſi ab arbitro. ſ. qui ſatiſ. cog. ⁊ qꝺ no. bar. in l. ſi cre
ditoꝛ. de pri. cre. ⁊ ꝑ hoc dicebat. i d. l. ſi ab arbitro. reuocari pꝛa
cticā aduocatoꝛū, q faciūt quē capi ꝑ ſuſpecto, ⁊ nō faciūt fidē iu
dici ſaltē ꝑ duos teſtes, ꝙ tēpe cō tracte obligationis iſte debitoꝛ
fuiſſet locuples, ⁊ idoneus, ⁊ ꝙ poſtea mutauerit cōditionē in pe
ius, ꝑ illū tex. de quo ibi ꝑ eū d. l. nemo carcerem, ⁊ poſtea ꝙ credi
toꝛ iuret ipſum debitoꝛe habere ſuſpectū de fuga, ſm̄ Ang. in d.
l. ſi ab arbitro, alias nō tenet captura, adde tñ ſm̄ Ang. ⁊ Imo.
per illū tex. in l. qui bona. §. qui dāni. de dā. infec. ꝙ ſi q uis iurauit
quē eſſe ſuſpectū, ⁊ fugitiuū, vt cōſequatur familiā pꝛo capiendo
illum, non oꝫ indiſtincte iudex ei credere, imo iudex hꝫ inueſtiga
re coiecturas, ⁊ veriſimilia, facit qꝺ no. in l. ſi. C. de ferijs ſm̄ Imo.
vbi vide Bar. in l. cōſentaneū. C. quo ⁊ quan. iud. ⁊ Bart. in l. ait
pꝛetoꝛ. §. ſi debitoꝛe. de his que in fraud. credi. ſed ꝙ ſufficiat iura
mentum ad ꝓbandū quem ſuſpectū, tꝫ Imo. in l. ij. in prin. ſol. ma.
ad que vide qꝺ no. Ang. in l. ſi pluſoꝛio. de app. in prin. ⁊ que dixi
etiā poſt Bart. in l. ſi qñ. C. vnde vi. ⁊ no. Bal. poſt gl. ibi ⁊ in l. a
pertiſſime. C. de iud. ⁊ vide bal. in l. ꝙ euitādi. C. de cōdi. ob turp.
cau. ⁊ in l. ſi quis curialis. C. de epiſ. ⁊ cle. vbi ſing. loquit. Et fa
cit qꝺ no. Bald. ⁊ Imo. in l. ij. ſol. ma. in prin. ⁊ adde que dixi in l.
ait pꝛetoꝛ. §. ſi debitoꝛē. j. que in fraudē credito. Iſtis adde bart.
in l. cōſentaneū, quomodo, ⁊ qñ iudex. ⁊ Bald. in l. creditoꝛ. ſi cer.
pet. ⁊ qꝺ no. gl. ⁊ Bal. in ſimili. in l. pe. C. de pig. actio. vbi pꝛopter
ſuſpectionē licet pꝛopꝛia authoꝛitate ingredi, ⁊c. adde tñ ad intel
lectum dictoꝛū per Bar. hic, ꝙ licet tēpoꝛe cōtractus quis ince
perit dilapidare, non tamē taliter ꝙ ſubeſſet timoꝛ, ſi poſtea foꝛ
tius ceperit dilapidare, tamē poterit capi, vt ſuſpectus, ſm̄ Bal.
in l. ſi pꝛo ea. in prin. C. man. vbi etiam dicit qꝺ omnis dilapida
tio non facit quem ſuſpectum, ⁊ adde qꝺ ratione modici debiti
non poteſt quis iudicari ſuſpectus ſecundum Bald. in auth. ſed
iam neceſſe. C. de do. ante nupt. Adde Rom. conſil. ccxlj. ⁊ cccxx.

LEX V.

1 ☞ Miſſione facta cauſa legatoꝛum, an poſſit perueniri ad ſe
cundum decretum.

a **IS cui legatoꝛum.** [a] Dicit hic, qꝺ miſſus in poſſeſ
ſionē ex pꝛimo decreto, nō poteſt vt dominus poſſide
re. Cōtra i l. ij. §. j. ſ. ſi ex noꝛ. cau. aga. ⁊ l. ſi finita. §. po
1 ſtea autem. j. de dā. infec. Sol. vt glo. ⁊ † tenet ꝙ poteſt perueniri ex
miſſione facta cauſa legatoꝛum, ad ſm̄ decretum. Contra glo. ha
bes in l. ſi finita. §. Iulianus. j. de dam. infe. in gl. magna. Dy. ibi
in additione ſua videtur dicere, ꝙ poteſt perueniri ad ſecundum
decretum, quando eſſet legatum purum, ⁊ purificatum, vt hic: ſe
cus ſi non eſſet purum, vt in gl. contraria. Sed puto, ꝙ ex vigoꝛe
miſſionis facte, vt caueatur nomine legatoꝛum, non poteſt perue
niri ad ſecundum decretum, vt hic eſt tex. ⁊ gl. hoc dicit. in d. l. Iu
lianus. Ratio eſt, quia per pꝛimum decretum iam eſt cōſecutus
quod petit. Petit enim ipſe non legatum, ſed petit ſibi caueri: ſed
poſſeſſionem illam habet vice cautionis, l. poſtquam. §. Impera
toꝛ. ſ. titu. j. ⁊ l. ſi finita. §. ſi quis damni. j. de dam. infec. Iſta glo.
poteſt intelligi, ſi petitum eſſet legatum actione ex teſtamento, ⁊
heres eſt contumax, eſt facta miſſio ex pꝛimo decreto: tunc quia
per pꝛimum non eſt ſibi conſultum, peruenitur ad ſecundum, vt
l. j. ⁊ l. Fulcinius. j. ex qui. cau. in poſſeſſione eatur. Dixi plene in
d. §. Iulianus. ¶ Quero, quid in creditoꝛe, an miſſus repellat
dominum? Et dico, ꝙ non, l. ſi finita. §. ſi quis autem. j. de damno
infecto, ⁊ hoc dicit. gloſſ. ¶ Quero quis percipiet fructus? ⁊ di
cit gloſ. dic, vt j. §. qui legatoꝛum. vt ibi dicemus.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Is cui legatoꝛum. Vide Bart. in l. iubere. ſ. de iuriſ
di. om. iud. ⁊ dic vt dixi ibi in l. ſi finita. §. Iulianus. de dam. infec.

a **§. Si alius damni.** [a] Ratio huius §. eſt quia qui eſt miſſus in poſſeſſio
nem, debet habere curam bonoꝛum, l. pꝛetoꝛ. j. de bo. autho. iud.
poſ. ⁊ l. ſi finita, §. ſi quis damni. j. de dam. infe. ⁊ j. ea. l. §. qui lega
toꝛum. ſed cauere alij de dam. infect. eſt cura, ⁊ cuſtodia rei, ideo ſi
cauet recuperat ab eo, cuius eſt ipſa res.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Si alius damni. Ad hunc §. vide l. ſi finita, §. ſi plures,
de damno infecto.

§. Si plures legatarij. Iſtud qꝺ dicitur hic, eſt nouum di
ctum, ⁊ nō eſt hodie coꝛrectum. ¶ Et quero, que eſt ratio huius
legis, inter creditoꝛes, ⁊ legatarios? Et gl. que eſt in l. cum vnus.
j. de bo. auth. iud. poſſ. dicit, ꝙ legatarij veniunt ex cauſa lucrati
ua: creditoꝛes ex cauſa oneroſa. Hoc etiā tenet Dyn. in l. ſi finita.
§. ſi plures. j. de dam. infe. Facit, quod no. per eum. in c. qui pꝛioꝛ.
1 de reg. iu. lib. vj. Non video, † qualiter poſſet pꝛocedere: quia video,
quod l. cū vnus. j. de bo. auth. iudic. poſ. ⁊ C. de bo. auth. iud. poſ.
l. vlti. ⁊ l. qui autem. §. ſciēdū. j. que in frau. cred. ⁊ in quolibet cre
ditoꝛe generaliter dicunt, ꝙ vno creditoꝛe miſſo in poſſeſſionem,
omnes videntur miſſi, nec habeo, l. que diſtinguat cauſam lucrati
uam, ab oneroſa. Nec obſt. iſta lex, quia quandoqꝫ quis petit ali
quid officio iudicis vt hic, ⁊ tunc non eſt creditoꝛis: ideo vno miſ
ſo, alij qui ſimiliter per officium iudicis venirent, nō viderentur
miſſi: quia antequam ad iudicium veniant, non habent aliquid iu
ris, l. cum poſtulaſſem. j. de dam. infec. ⁊ ſic eſt hic, ꝙ vno legata
rio miſſo, qui veniret officio iudicis, non videntur alij miſſi. Idē
in damno infecto, l. ſi finita. §. ſi plures. j. de dam. infec. ſecus ſi ve
niret iure obligationis, quia tunc vno miſſo, omnes videntur miſ
ſi: Nec curo ſi ex cauſa oneroſa, vel lucratiua, quia etiaꝫ legatarij
ſunt creditoꝛes, l. j. C. de bo. autho. iudic. poſſ. Et hoc quod di
pꝛobatur ex tex. l. cum vnus, vbi dicitur in tex. quod pꝛetoꝛ nihil
noui, ⁊c. plene dixi in dicta l. cum vnus.

a **§. Qui pꝛioꝛ.** Idē ⁊ ſimile eſt i l. ſi finita. §. ſi plures. j. de dam. infec. Op. de [a] reg. iu. q pꝛioꝛ eſt
tēpoꝛe, potioꝛ eſt iure. Sol. Huius contrarij timoꝛe Dyn. diſtin
guit. l. priuilegia. j. de pri. cre. ⁊ in c. qui pꝛioꝛ extra. de reg. iur. lib.
vj. ⁊ per gl. in l. ſi, ⁊ iure. ſ. qui pot. in pig. hab. ⁊ dicatis, vt ibi dici
tur, ⁊ dixi in d. §. ſi plures. ⁊ in d. l. cum vnus. Glo. foꝛmat contra
rium. ⁊ non ſoluit, vide gl. que incipit, quia eiuſdem ſunt. ⁊c. in fi.
Dic, ꝙ hic eſt certum de mente legis, ibi non, ⁊ no. per Dyn. in l.
nec enim. j. de ſolutio.

ADDITIO.

a AND. BAR. ¶ Op. de. Et vide illud Bꝛocardū hic, qui pꝛioꝛ eſt
in tempoꝛe, potioꝛ eſt in iure, adde ꝙ habet locum etiam in querē
dis. tex. eſt valde no. in l. cum opoꝛtet. ſi. C. de bon. que libe. ⁊ vide
Bal. ſing. loquentem. in l. hac edictali. §. ij. C. de ſecun. nup.
1 ☞ Legatarius, ſecundum hec tēpoꝛa an habeat tacitam hypo
thecam, ⁊ quando pꝛeferat creditoꝛibus.

§. Poſtquam rei ſeruande. Opp. C. commu.
de le. l. j. vbi habet hypothecam a tꝑe moꝛtis, ergo pꝛeferetur cre
ditoꝛi poſtea miſſo. l. eos. C. qui po. in pig. hab. Gl. fatetur cōtra
rium, ꝙ hodie pꝛefertur, ⁊ ſic tenet gl. quia ſecundum iſta tempoꝛa
legatarius non habebat tacitam hypothecam: ꝙ eſt contra
a in l. creditoꝛibus. j. de ſepa. Preterea, poſito [a] ꝙ † legatarij habe
1 rent tacitam hypothecam, creditoꝛes non, adhuc iſta gl. di
cit verum. Nam legata debentur ere alieno deducto. d. l. credito
bus. ⁊ l. ſi vniuerſe. C. de leg. ⁊ l. j. §. ſi is qui. ſ. ad Treb. Cy. in l.
C. qui po. in pig. hab. ſuſtinet gl. iſtam, ꝙ verum eſt, ꝙ creditoꝛes
pꝛeferantur legatarijs ſi hereditas non eſt ſoluendo legatarijs,
⁊ creditoꝛibus. Sed ſi hereditas eſt ſoluendo legatarijs, ⁊ credi
toꝛibus, tunc pꝛefertur legatarius in re legata, quia creditoꝛ debet
pꝛius cōtra heredem agere. l. ſcimus. §. ſi vero creditoꝛes. C. de iu
re delibe. ⁊ bene dicit.

ADDITIO.

a POMA. ¶ Preterea poſito. Et de hoc eſt caſus ſing. in d. l. cre
ditoꝛibus. ⁊ vide Bal. in l. iij. C. vt in poſ. leg. ⁊ Ang. ff. de iud. l. ꝙ
legatur. Vide Bal. in l. iij. C. commod.

1 ☞ Sententia lata contra vnum, non poteſt mandari executioni
contra alium qui habet rem, quam ille dolo deſijt poſſidere.
2 Pactum de ingrediendo rem pꝛopꝛia authoꝛitate, non exercetur
contra ſingularem ſucceſſoꝛem, ſine aliquali cauſe cognitione.

§. Qui in poſſeſſionē legatoꝛū.
Nota qꝺ miſſus in poſſeſſionem mittitur in bonis hereditarijs,
⁊c. Opp. j. ea. l. §. Imperatoꝛ. Sol. quando mittitur ex edicto, lo
quitur hic: ſed quando mittitur ex reſcripto, loquit in bonis he
reditarijs.

1 reditarijs, vt ibi dicam, per tex. iſtum. Et ſimile † dicũt doc. vltra
mon. ⁊ Cy. cum eis, quod ſententia lata contra vnum poteſt man
a dari[a] executioni contra alium, qui habet rem, quã ille dolo deſijt
poſſidere, ⁊ caſus videtur hic. Iſtud videtur probari infra eodẽ.
l. ſi legatorum. ⁊ l. final. C. eodem. ⁊ l. certa. ⁊ per Cyn. C. de aliena.
iudic. mutan. cau. fact. l. j. in viij. queſtio. Sed iſtud dictũ, eſt cõtra
caſum expreſſum in l. j. §. neceſſario. ſ. ſi ven. no. mulier in poſ. mit.
Pro hoc eſt tex. Inſti. de actio. §. item ſi quis in fraudẽ. ⁊ C. ⁊ ff.
per totum, que in fraudẽ creditorũ, vbi nõ poteſt agi cõtra eum,
qui poſſidet res creditorum alienatas, niſi prius agatur reuoca-
toria. Nec ob. iſta lex, qꝛ eſt ſpeciale fauore legatorum ⁊ fideicom-
2 miſſorũ, hoc non habet locũ in alijs. ¶ Ultimo iſte text. † probat
vnam meam opi. quã poſui in l. ſi creditores. C. de pig. ⁊ dico ibi, ꝙ
per pactũ de ingrediendo propria authoritate, licet poſſet con-
tra principalem creditorem ingredi ſine aliqua cauſe cognitio-
ne: tñ cõtra ſingularem ſucceſſorẽ debeat adhiberi aliqualis cau
ſe cognitio. Et pro hoc iſte §. cum gl. que incipit, vt j. eo. l. fin.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Poteſt mandari. Sed Bal. in l. pe. C. de his q̃ in frau.
cre. limitat qũo Bar. videlicet vbi ſola poſſeſſio tranſlata fuiſſet.

LEX III.

2 Offerre ſtatim ſe probaturum intelligitur arbitrio iudicis.
3 Iudex qualiter arbitretur tempus ſtatuendum ei qui ſe offert
ſtatim probaturum.
4 Heres, qui dicit ſe non teneri cauere. ⁊ incontinenti velle proba-
re, ⁊ dum ſuper hoc cognoſcitur, apparet legatum deberi pure,
legatum preſtabit.

a **Si is a quo.** [a] Iſtud eſt notabile princ. In cauſis
ſummarijs exceptio, que requirit al-
tiorem indaginem, admittitur, ſi excipiens paratus eſt incõtinen
ti probare. h. d. Op. de l. j. ſ. eo. Sol. Ibi heres non dicebat. ho-
1 die conſtat, hodie agatur, vt hic dicebat. ¶ Primo, † dicit̃ hic, ꝙ
ille a quo ſatiſdari petitur, offerre cognitionẽ: quero, quo iure?
Et gl. dicit officio iudicis, ⁊ bene. Dedi tibi tex. in l. v. j. de. ver.
ob. ⁊ j. de pre. ſtip. l. j. ⁊ inſt. de diui. ſtip. per totũ lꝫ gl. dubitet in l.
2 inquilino. j. de dã. infec. ¶ † Quero, qualiter dꝫ intelligi ꝙ offert
probaturũ ſtatim, vt dicit tex. hodie conſtat, hodie agamus, ⁊ ſic
eadẽ die videtur ꝙ poſſet: alibi videtur, ꝙ intra duos menſes, qñ
dicitur, ſtatim. vt in l. in fraudẽ. §. fiſcalibus. j. de iure fi. not. in l.
vlt. C. de cõpenſ. Conſueuit dicit in §. in bone fidei. Inſt. de act.
hic gl. intelligit intra breue tp̃s iudicis arbitrio, ⁊ vide gl. in verſ.
b hodie, que incipit, legatarius, ⁊c. Gl. verum dicit. [b] Sed qualiter
3 † debet iudex arbitrari? ⁊ eſt text. ſingulariſſimus, ꝙ ſi de fideicõ-
miſſo põt cõſtare intra illud breue tẽpus, intra quod ſit examina
tio, an fideiuſſores ſint idonei, vel intra quod dꝫ peti iurari de ca-
lũnia, tunc ſi poteſt de eo conſtare intra illud modicum tempus:
ſic ego formarem exceptionem meã: ⁊ ſic per iſtũ tex. dico, ꝙ non
debeo cauere, qꝛ fuit ademptũ legatũ: ⁊ hic offero me probaturũ
intra tẽpus, intra qd̃ penderet cognitio ſummaria, ſuper hac cau
tione, etiã hac exceptiõe nõ oppoſita, ⁊ iſte eſt tex. ꝙ ſit breue tem
c pus[c] arbitrandũ a iudice. Et ſic debet intelligi id ꝙ vidiſtis in l.
ille a quo. §. ſi de teſtamento. ſ. ad Treb. ⁊ no. in l. ij. C. de edi. di.
4 Adria. tol. ¶ † Quero, cũ cognoſcitur ſuper hac exceptiõe ⁊ ap-
paret legatũ deberi ⁊ pure: vtrũ heres qui obtulit iſtã exceptio-
nẽ, debet ad iſtud legatũ cõdẽnari? Gl. dicit hic ꝙ ſic, ⁊ vide gl. q̃
incipit, ſcilicet qui fideiuſſores, ⁊c. que tenet, ꝙ ſi in iſta ſumma-
ria cognitiõe ſuper exceptione habita, apparet legatum deberi,
tũc dꝫ preſtari. Sed nõne illud eſt 𝔠̃ l. a diuo. §. ſi ſuper rebus. j.
de re iudi. vbi dicit̃, ꝙ iſtud, ꝙ in iſta ſummaria cognitione pro-
nũciat̃, nõ parat̃ plenũ preiudiciũ. Breuiter ſubſtinendo gl. iſtud
eſt ideo, qꝛ heres ad hoc ſe videt̃ adſtrigere dũ dicit, hodie cõſtat,
hodie agam⁹ ⁊ ideo, iputat̃ ſibi, qꝛ poterat iſtã cognitionẽ effuge
re ſine incõmodo, ſatiſdationẽ preſtãdo, ſed in lege 𝔠̃ria nõ eſt qd
ſibi imputetur, cum illam ſummariam cognitionẽ non poterat
effugere, ſine magno preiudicio ſui: ⁊ text. habes qui ponit hanc
rationẽ in l. j. in fi. j. ne vis fiat ei. ¶ Dicitur hic ꝙ cognoſcit̃ ſum-
5 matim, quero qualiter fiet? † Dicit gl. per iuramẽtum. vide gl. que
incipit, ſufficit ergo iurare, ⁊ ſic iuramẽtum eſt ſummaria proba-
d tio: [d] ⁊ eſt tex. in l. theſaurus. ſ. ad exhiben. ⁊ hoc eſt verum tantũ
ſuper illo capitulo, an per calumniam petatur, vel nõ: ⁊ in hoc eſt
ſufficiens probatio per iuramentum. Sed an legatum debeatur
vel non, debet probari per inſtrumẽtum, vel per teſtes. l. poſtquã.
§. ſi dies. ſ. tit. proxi. Sed quando heres eſſet contumax, tũc forte
eſſet verum, quantũ ad miſſionem in poſſeſſionẽ ex primo decreto,
ꝙ eſſet ſuffictẽs probatio per iuramentũ, vt in auth. de exhiben. ⁊
intro. reis. §. ſuſpecto. ⁊ per docto. in l. cum proponas. C. de bonis
autho. iudi. poſſi. Dixi plene in l. ſi finita. §. Julianus. de dã. infec.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Si is a quo. Qñ res dicatur requirere altiorem inda-
ginem, adde Bar. in extraua. ad reprimendũ. in verb. ſummarie. ⁊
Bal. in l. ſi ex falſis. de tranſa. videtur tenere ꝙ relinquetur arbi-
trio iudicis, ſed certe ibi tenet idem quod hic etiam.
b ALEX. ¶ Uerum dicit. Adde que no. Bar. in l. iiij. §. condẽna-
tũ. de re iud. ⁊ ꝙ no. Bar. in l. j. j. de glã. legẽ. ſed Bal. in l. iij. §. ibi
dẽ. ſ. ad exhib. tenet cõtrarium dicẽs, ꝙ iſtud ſtatutũ debet intel-
ligi intra triduum l. fi. C. de iud. Alle. Arch. j. q. j. in ſum. Bal. in l.
fi. de ord. cogni. in materia executoris ſentẽtie, de qua per Bar. in
d. §. condẽnatum. vbi tenet ꝙ relinquit̃ arbitrio iudicis. Et ad-
de Bal. in d. l. ij. C. de edi. di. Adr. tol. vbi dicit ꝙ arbitrio iudicis
relinquitur, ⁊ eſt verũ ſed iudex dꝫ arbitrari modo tradito hic p
Bar. ⁊ bene. ⁊ vide Bal. in d. §. ibidẽ. ⁊ in l. j. C. eo. Ang. in l. ille a
quo. §. ſi de teſtamẽto. ad Treb. dicit, ꝙ vbicũqꝫ exceptio que p-
ponitur liquidari põt intra tempus deliberãdi mature qualem
ſñiam ferre debeat, ibi illa exceptio non dicitur requirere altiorẽ
indaginem. alle. que habentur hic ⁊ vide que dixi ſ. proxi. Cardi.
Imo. in c. cum in iure. de offi. dele. tranſeunt ſimpliciter cũ Bart.
in d. §. condemnatum.
c POMA. ¶ Quod ſit breue tempus. Uide Alex. conſil. cvj. in ij.
dubio. in ij. vol. conſi. xciij. ⁊ cõſi. c. in fi. in iiij. vol. Fel. in c. venies.
ver. vj. dub. de teſt. Ro. conſi. lxxvj. conſi. cciij.
d ALEX. ¶ Summaria probatio. Uide Bar. in l. j. in prin. ſ. quẽ-
admo. teſt. ape. per Bar. in extrauag. ad reprimendũ verſ. ſumma
rie. ⁊ Bar. in l. j. C. eo. ⁊ de hac gl. facit mentionem Cy. vbi videas.

1 Miſſio poteſt fieri in bonis que ad debitorem pertinent iure
directi dominij, vel vtilis, vel quaſi,
2 Differentia an ſit inter res, que pertinent iure dominij ad debito
rem, ⁊ alias, in modo interponendi decretum.
3 Bona reperta apud debitorem preſumuntur ſua, ⁊ ideo dicenti
non eſſe debitoris, incumbit onus probandi.

§. Bonorum. No. ex † iſto tex. ꝙ poteſt fieri miſſio
in bonis que ad debitorẽ pertinent
iure dominij directi, vel vtilis, vel quaſi: ſec⁹ ſi nullo iure detinet,
2 vt in §. ſi depoſita, † Quero, vtrum in modo interponẽdi decretũ
ſit differentia inter res, que pertinent iure dominij, ⁊ alias. Reſp.
quantum eſt in interpoſitione primi decreti, nulla videtur differẽ
tia, vt hic: ſed in interpoſitione ſecundi decreti, eo caſu quo babe
ret locũ, eſt differentia: qꝛ in rebus que poſſidentur iure dominij
pretor iubet eum eſſe dominũ: ſed in alijs que non poſſidentur iu
re dominij, pretor interponit decretum. hoc modo, ſtatuo, vel de
cerno tibi, vt vtaris illo iure in talibus rebus quo debitor vteba
tur, ⁊ itam formam dat Iuriſconſultus in l. ſi finita. §. ſi de vecti
3 galibus. de dam. infec. ¶ Formo vnam queſtio. † in verſi. ſi depo-
ſita. Uenit ille, qui depoſuit, ⁊ dicit, nõ potuit fieri miſſio in hac
re, qꝛ eſt mea. Cui incumbit probatio? Gl. habes in l. ob marito-
rum. C. ne vxor pro ma. ⁊ l. j. C. de priui. fiſci. quod que ſunt reper-
a ta apud debitorem, preſumuntur ſua. [a]

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Preſumunt̃ ſua. Adde ꝙ idẽ tenet Bar. in l. a diuo. §.
ſi ſuper re. de re iud. ⁊ in l. quidã in ſuo. de condi. inſti. ⁊ Bald. in
auth. ⁊ qui de bo. au. iu. poſ. ⁊ Bal. in l. etiã. C. de exce. rei iud. ⁊ eſt
gl. in l. ij. C. ne vxor pro ma. ⁊ ibi tenent idem Cy. Bal. ⁊ Saly.

§. Si ex duobus. Tene menti iſtũ caſum, quan-
do eſt facta miſſio in parte rei
communis, ꝙ alius, in cuius partem non eſt facta miſſio, poteſt ſa
tiſdare, ⁊ adminiſtrationem rei recipere. Gl. ſignat cõtraria, ⁊ nõ
ſoluit, vide gl. que incipit, conſilium, ⁊c. in fin. Sol. Iſtud ideo, qꝛ
in ſtipulatiõe deducitur operis deſtructio, que eſt indiuidua: hic
deducitur legati ſolutio, que eſt diuidua, eadẽ ratione cautionis
preſtatio, que eius naturam ſequitur, vt ſ. ti. j. l. j. §. ſi quis ſub
conditione. Jaco. de Are. ⁊ Oldra.

§. Imperator. Iſte eſt bonus §. Quero, a quo tẽ-
pore incipit currere tẽpus ſex men
ſium? Et gl. dicit. ꝙ a tempore. quo fuit petita cautio. Iſta lectu.
gloſ. eſt vera in ſe, ⁊ quo ad text. nõ tamẽ ſatiſfacit perfecte: ⁊ ideo
quero, qd ſi nõ potuit peti cautio, qꝛ fuit remiſſa, vt ſ. ti. j. Reſpõ.
ꝙ text. eſt in l. certa. C. eo. ꝙ currere incipit a die, qua fuit petitũ
debitum. Ulterius iſtud, ꝙ dicit, ꝙ a die petite ſatiſdationis, nõ
videt̃ verũ, qꝛ licet ſatiſdationem petã, nõ eſt heres in mora pre-
ſtandi legatũ. Et ad hoc vt fiat miſſio, requiritur mora heredis.
Reſpondeo, ⁊ fateor oppoſitum, ꝙ licet ſit petita cautio, non ſuffi
ceret, niſi heres fuiſſet in mora non preſtandi legatũ: ſi dies legati
non ceſſiſſet, non haberet locum iſtud reſcriptum, ⁊ gl. ſentit hic.
Habes ergo pbare ſex menſes elapſos a die petite, vel debite cau
tionis. Itẽ ꝙ ceſſet dis legati. Itẽ ꝙ heres fuit in mora preſtãdi
legatum. ¶ Et cum hoc ſit, ꝙ ſecundum iſta tẽpora non tenean
tur ſoluere de ſuo legatario, l. ſi vniuerſe. C. de lega. ⁊ l. j. §. ſi is qui
quadringẽta. ſ. ad Trebel. quero, quomodo hic ſit miſſio in poſſe
ſſionem bonorum heredum? Reſpõdeo, ꝙ ſecũdum iſta tempora

non tenetur vltra vires hereditarias tamen precesſit miſſio in bonis heredis,⁊ facit,vt ſoluat vſque ad vires hereditarias, l.in quantitate. in fin.⁊ l.ſi poſt miſſionem.ſ.ad l.Falcidiam.

§.Ceſſatum.

Non poteſt dici ceſſatum,ſi non eſt perſona que interpellet. Simile eſt in l.cum quidā.§.ſi pupillo.ſ.de vſu.Op.de l.j.§. non exigit.ſ.eo. Sol. Aliud in miſſione que fit ex reſcripto,⁊ aliud ī miſſione que fit ex edicto.Vide gl.que format ꝗria,⁊ nō ſoluit,⁊ vide eam,que incipit,hereditas iacens.Ad l.operis.reſpondeo,ibi loquitur in nunciatione,que fit rei,nō perſone:hic vero in nūciatione,que requirit moram,que mora in caſibus noſtri §.legitime contrahi nō poteſt,l.ſi ex legati cauſa.ī.de verbo.obli.Ad l.fina.de nau.feno. reſpond.ꝙ ibi loquitur in pena,que ex contractu defuncti deſcendit,⁊ ideo iacente hereditate cōmittit̄,vt ī.de verbo.ob.l.ad diē. hic autem ex reſcripto non fit miſſio in bonis hereditarijs, niſi ex mora ipſius non ſoluentis, que non poteſt committi iacente hereditate,cum per aditionem incipiat deberi,vt ſ.eo.l.j.§. fi.⁊ l. ſi nemo.de re.iur.Old.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Ceſſatum. Facit ad not. per Ange.⁊ Roman.in l. iiij.§.pretor.de dam.infec.

1 ☞ Pignoratitia ꝙ habeat locū pro pignore pretorio ſicut pro cōuentionali,⁊ in ea habet locū dolus,⁊ lata culpa,nō leuis.nu.3.

2 Fructus pignoris conuentionalis,ſicut prius computant̄ in vſuram quam in ſortem,ita ⁊ in pretorio pignore.

4 Miſſione facta in poſſeſſionem legatorum,non peruenitur ad ſecundum decretum.

§.Queri poterit.

a 1 [a]Iſte eſt bonus §.⁊ no.†ꝙ pignoratitia habet locū pro pi-
2 gnore pretorio,ſicut pro conuentionali.No.†.ꝙ ſicut in pignore cōuentionali fructus cōputantur prius in vſuram quā in ſortē,
3 ſic ⁊ in pretorio. Item vides† hic ꝙ pignoratitia habet locū pro pretorio,ſicut pro conuentionali,⁊ dixi vobis,⁊ Iaco.de Are.alleg.in l.vtique.ī.de dam.infec.tamen vnum ſcias quod in iſta pignoratitia venit dolus,⁊ lata culpa.non leuis.l.pretor.§.eſt preterea.ī.de bo.au.iu.poſ.⁊ l.ſi finita.§.ſi quis damni, ī. de dam.in-
b fec.¶ Vltimo videtur[b]hic caſus pro opi.†quam tenui ſ.in prin.
4 contra Dyn.quod in poſſeſſione legatorū facta miſſione,non poteſt perueniri ad ſecundum decretum:quia non poteſt plus permitti,niſi frui tantum,vt hic,quod no.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Queri poterit.Et iſtum tex.alle.Bar.in l.ſi finita.§. Julian9.in ver.quero vtrū miſſus ex primo decreto faciat fruct9 ſuos.de dā.infe.Et ad iſtū tex.vide Bal.in authē.⁊ qui.C.de bo. au.iud.poſ.⁊ iſte tex.eſt vnicus.Adde Bal.cōſ.liiij.li.j.⁊ ibi an valeat ſtatutum ꝙ lucretur:⁊ an minor pati debeat tale damnum?

b ALEX. ¶ Vltimo videtur.Sed an pro pignore pretorio competat hypothecaria,vide Imol.in l.ſi quis miſſum.§.fin.de damno infec.⁊ ibi vide Roma.

1 ☞ Sequeſtratione rerum facta que ſeruando ſeruari non poſſunt,res venditur,⁊ pretium retinetur.

2 Frumento percepto ex fundo alieno per plura tempora preterita,an percipiens teneatur ad eſtimationem per tempora,vel ſufficiat quod reddat frumentum.

3 Decreto ex primo re capta,ſi non habet quis vbi teneat, poteſt illam alteri dare vt teneat.

4 Differentia quando fit miſſio in poſſeſſionem ex edicto, ⁊ quando fit ex reſcripto.

5 Creditor miſſus in poſſeſſionem equiparatur miſſo in poſſeſſionem ex edicto.

§.Qui legatorū ſeruandorum.

a Iſte eſt bonus §.[a] ⁊ op.de l.in venditione.§.j.de bo.author.iud. poſ.Reſpō.hic loquitur in legatarijs,ibi.in creditoribus.Vel aliter,ibi loquitur quando ille,contra quē eſt facta miſſio, nolebat colere,ſed alteri colendum locare:hic per ſe vult colere,⁊ ideo ad eū pertinet cultura,niſi fuerit facta miſſio ex reſcripto. ¶ Pri-
b mo no.[b]ad illud,qū fit†ſequeſtratio rerū,que ſeruari nō poſſunt,
1 tunc debent vendi,⁊ pretium retineri in ſequeſtro,arg.huius litere,⁊ tex.habes in l.litibus.C.de agri.⁊ cenſi.li.xj.⁊ l.fi.ī.de requi.
2 re.¶ Secundo no.†ſi aliquis percepit frumentū ex fundo tuo, per plura tēpora preterita,an tenet̄ tibi ab reſtitutionē fructuū, vel ſufficit ꝙ reddat eſtimationem,per tēpora? Hec lex,videt̄ velle ꝙ teneat̄ ad eſtimationē,q2 nō potuit ſeruari. Dixi tibi in l.diuortio.§.ob donationes.ſ.ſolu.mat.vbi videtur caſus, ⁊ Cy.vi-
c det̄ velle[c]in l.j.C.de pigno.act.tene menti iſtud ꝙ dicit̄ hic,⁊ vide gl.ſuper verbo,nulla domus,que incipit,ſua vel teſtatoris,⁊ not.
3 tex.†cū gl.ꝙ quādo capitur in tenutā ex primo decreto aliquid, ⁊ tu nō habes vbi teneas,permittitur tibi alij dare vt teneat, ſe-
4 cus ſi habeas vbi teneas,arg.huius gl.¶†Quero,quot differētie ſint inter miſſionem ex edicto,⁊ reſcripto? Gl.ponit duas differentias,⁊ multe ſunt differentie.Ex edicto fit miſſio ab initio,etiam ante aditam hereditatē,l.j.§.fina.ſupra eodem ex reſcripto poſt aditā hereditatē ⁊ ſex menſes,vt in verſicu.ceſſatum. Itē edictum nō requirit moram heredis,l.j.§.nō exigit.ſ.eo. reſcriptū ſic vt in §.ceſſatū,⁊ §.ſatiſfactionis. Item per edictū fit miſſio in bonis hereditarijs,vt in §.qui poſſeſſionē.ſ.ea.l.per reſcriptū in bonis heredū,vt in §.qui prior,⁊ §.Imperator.Itē inter edictū, ⁊ reſcriptum eſt differentia in cultura,vt hoc §. Itē eſt alia differētia,q2 miſſus ex edito,de poſſeſſione,preſtita ſibi ſatiſdatiōe, recedit,vt ſ.ti.j.l.ſi legatarij aduerſus,ſed miſſus ex reſcripto nō recedit,niſi integre ſibi ſatiſfiat,vt ī.eo.l.ſi pecunie.§.fi.⁊ ibi dicā. Ex iſtis dictis,⁊ ex verbis que dixi in verſi.ſex autē menſes, ha-
5 bes colligere practicam reſcripti.¶ Alterius†quero.ſi creditor eſt miſſus in poſſeſſionem , an equiparetur miſſo in poſſeſſionē ex edicto? Breuiter,ſi creditor mittit̄ in poſſeſſionē,q2 debitor non defenderit, tunc equiparatur legatario miſſo in poſſeſſionem ex edicto,l.ſi finita.§.ſi quis autē.ī.de dam.infec. Si vero eſt miſſus in poſſeſſionem,q2 non ſoluit, tunc equiparatur legatario miſſo ex reſcripto,l.ſi pecunie.ī.eo.⁊ ibi videbitis.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Bonus §.Iſtum tex.in verſi.cogere.alleg.no.Bald. in authen.⁊ qui de bo.au.iu. poſ. ꝙ res mobilis debet eſſe apud miſſum ex primo decreto, vel ſequeſtrari ſi eſt ſuſpectus, ⁊ per Bar.in l.ſi finita.§.ſi quis autem.ff.de dam.infec.

b AND.BAR. ¶ Primo no. Et vide Bar. in l.ſi oleū. ſ.de dolo

c ALEX. ¶ Videtur velle.Et vide Bar.in l.ſi finita.§.ſi quis autem.de dam.infec.

§.In poſſeſſionem miſſus.

Iſte eſt vnus caſus. Op.ꝙ poſt lit.conteſt.non poteſt peti cautio, l. Pomponius.§. ratihabitionis ſ.de procu.Reſpon.illud quod dicitur in l.Pomponius.§.ratihabitionis.habet locum in cautionibus que preſtantur a procuratore,⁊ ideo nō petuntur:q2 videtur eius perſona approbata:ſed lex iſta loquitur in alijs cautionibus, que ab ipſo principali preſtantur,non a procuratore. Item cautio iſta non preſtatur occaſione litis.ſed debebatur, nulla lite pendente, l.etiam.ī.eo.⁊ ſic pendente lite,⁊ pendente appellatione poteſt peti.l.poſtquam.§. Imperator,ſupra titu.primo.

§.Miſſus in poſſeſſionem.

a [a]Quero,vtrū index poſſet dare licentiam miſſo in poſſeſſionem , ꝙ poſſet ingredi ſua authoritate? Hic videtur text.ꝙ non Glo.videtur ꝙ ſic in l.meminerint.C.vnde vi,⁊ ibi Cyn.⁊ gl.in l.iuſte.ī.de acqui.poſ.⁊ ibi Iac.de Are.⁊ Old.⁊ ibi dixi.Nec ob.iſte §.quod verū eſt, ꝙ tua authoritate non potes ingredi ſi inuenis reſiſtentes, q2 illā reſiſtentia debet fieri per officiales:ſecus ſi tibi non reſiſtitur,q2 tūc poteſt dari licentia,vt tua authoritate ingrediaris.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Miſſus in poſſeſſio. Iſtū tex.alleg.Bar.in l.j.in vj.q. ſ.de iuriſ.om.iud.adde Bar.in l.ſi finita.§.Julian9.de dam.infec.

1 ☞ Decretum primum ſicut interponitur in nomine debitoris, ſic ⁊ in officio iudicis.

2 Practica interponendi primum decretum in nomine debitoris.

§.Si Titio pure.

Iſte eſt difficilis §.⁊ hoc ſumma.Si legatarius, a quo relictum eſt fideicommiſſum nō cauet fideicōmiſſario ſuo,fit miſſio in ea re,vel iure quod habet pro legato,vel eius occaſione.hoc
1 dicit.¶†No.ꝙ ſicut poteſt primum decretum interponi in nomine debitoris,ſic ⁊ in iudicis officio poteſt iterponi. Op.⁊ videtur, ꝙ iſte fideicommiſſarius debet agere contra heredem directo,nō contra legatarium,vt §.pro ſecūdo. C.de cad.tol.⁊ l.ſi ab eo. ſ.de vſufru.lega. Sol. Ibi loquitur quando legatū deficit,⁊ apud heredē remanſit:hic non deficit. Op.de l.ſi quis ſeruum.§. certam. ſ.de lega.ij.ſol. Ibi loquitur qū legatario primo, nulla culpa po-
a terat imputari.Quero,qū[a]fit miſſio in poſſeſſionem in nomine debitoris? Scitis,ꝙ pignus pretorium nō cōtrahitur,niſi fiat miſ-
2 ſio realis,l.non eſt mirum.ſ.de pig.actione.† quomodo in nomine debitoris poteſt fieri miſſio,cū eſt impoſſibilis , vt gl. in l.fina. in princ.ī.de donationibus. Practicam ponit gl.in l.j.C.de pret. pig.hoc eſt verum,qū pignus pretorium eſt:ſed ſi pars ipſa principalis vellet cedere,tunc ceſſio haberet vim traditionis,q2 illud, ꝙ operatur in corporalibus traditio,illud operatur ceſſio in nominibus debitorum,vt gl.in l.vlti.C.quando fiſc.vel priua.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Quero quando. No. ꝙ quando fit miſſio in nomine debitoris,adde Bal.in l.ij.C.quando fiſ. vel . priu.⁊ Bart.in d.l. pen.⁊ per Bar.in d.l.a diuo.§.ſic quoq3.de re iu.

Si pe-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

LEX VI.

SI pecunie numerate.

1 ☞ Miſſio facta in poſſeſſionem ab ea non receditur niſi prius ſoluatur.

a 1 **§. Qui fideicommiſſi.** [a] No. ꝙ† non recedit de poſſeſſione, niſi prius ſoluatur, vt hic, ⁊ l. his conſequenter. in fi. ſ. fa. er. ⁊ l. cū qui. ī. de pri. cre. ⁊ l. ij. circa prin. ī. pro herede ¶ Op. ſ. tit. j. l. ſi legatarij aduerſus. ⁊ C. de bo. aut. iud. poſ. authen. ei qui. ⁊ l. ſi finita. §. ſi quis damni. ⁊ §. ſeq. ī. de dam. infec. Reſpon. tex. iſte in fi. No. ꝙ tunc receditur a poſſeſſione, quando fit illud. quod ſi factū fuiſſet ab initio poſſeſſio non fuiſſet data. Unde ſi quidem miſſio in poſſeſſionem eſt facta, qꝛ nō ſoluitur, nec receditur niſi ſoluat̄, vt hic: ſi miſſio eſt facta, qꝛ non ſatiſdatur. ſtatim cum ſatiſdatur, receditur, l. ſi legatarij aduerſus. ſ. tit. j. ſi miſſio eſt facta, qꝛ eſt contumax in non veniendo, ſtatim cum venit, receditur, vt in au-
b then. ei qui. Idem videtur velle [b] quedam deciſio Pape in c. ex parte. extra de verboꝛum ſignifica.

ADDITIONES.

a ALEX. ¶ Qui fideicom. Iſte tex. non eſt alibi ſecundum Bar. in l. conſentaneum, quomodo, ⁊ quando m. vide per Bart. in l. ſi finita. §. Julianus. de dam. infe. dixi poſt Bar. in l. cū qui, de priu. cre. ⁊ ipſum ſingu. limita, vt per Ang. in l. ſi finita. §. item videamus. de dam. infecto. ⁊ ibi dixi poſt Bar. ⁊ ideo dicit Bal. not. in l. ignoꝛare. C. de reſti. mili. ꝙ contra preſentem contemnentem ſoluere poteſt procedi ad primum, ⁊ ſecundum decretum. Et ideo in executione ſententie miſſus non recedit, niſi ſibi ſoluatur ſecūdum Bar. in l. properandū. §. ſin autē reus C. de iud. Et iſt s adde Bar. in aut. ⁊ qui. de bo. au. iu. po. ⁊ vide Bar. in l. neq; impuberes. ſ. de in ius vocā.

b ALEX. ¶ Idem videtur velle Idem tenet Bar. in l. properandū. §. ſin autē reus contra gl. ⁊ ibi idem Bal. ⁊ doc. vide Ang. in conſi. ccxxij. ⁊ adde Bar. in l. ſi debitoꝛ. §. ſi antiphona. ſ. de pig.

LEX VII.

CUm venter. Gloſſ. querit de ratione. Dic quod eſt ſpeciale ratione ventris, alie ſunt truffe.

LEX VIII.

SI legatoꝛum. Hanc legem examinaui, vt vidiſtis in l. is cui. §. qui in poſſeſſionem. ſ. eo.

LEX IX.

ETiam ſi condemnatus. Quero qualiter poteſt deſiderare: Dic quod ex reſcripto, vel ex edicto quocunq; modo vult, vel iudicis officio, vt ī. de re iudi. l. a diuo. §. ſi ſuper rebus.

LEX XII.

MUnicipio. Guliel. de Cug. allegat iſtam legem in l. nulli. ſ. quod cuiuſque vni. ⁊ eſt queſtio, an quando decuriones creant ſindicū, ſit neceſſaria authoꝛitas preſidis, vel ſuperioꝛis: Et dicit ipſe quod non. Dixi in l. actoꝛ. ī. rem rat. hab. Iſta l. videtur facere contra, ſed bene reſpiciendo, non facit: qꝛ non loquitur de decreto in conſtituendo ſyndicum, ſed de decreto de mittendo in poſſeſſionem.

LEX XIIII.

1 ☞ Caſus, in quo miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto, lucratur fructus.

2 Uxoꝛ an ſit alenda a tempoꝛe moꝛtis viri.

1 **CUm legatoꝛum.** †Not. caſum ſingularē, ꝙ lucratur fructus miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto. Quero, quid in filio, ⁊ pronepote, ⁊ dicit glo. ꝙ non eſt eadem ratio, cum mulieres ſunt obſequioꝛis vite. ¶ Querit gl. quid ſi ſint alie mulieres: Et dicvt gl. ⁊ tene primam, quod eadem ratio ſit in alijs mulieribus.
2 Ultimo. †gl. dicit, ꝙ iſta l. eſt in arg. contra vxoꝛem, an ſit alenda tempoꝛe moꝛtis viri. Dic de iſta queſtione vt dixi in l. diuoꝛtio. ſupra ſolu. matrimo.

LEX XV.

1 ☞ Pactum ingrediendi fundum propria authoꝛitate, exercetur contra eccleſiam ad quam res peruenit.

a 1 **INterdum.** [a] Iſta lex foꝛte non eſt alibi, ⁊ not. eam. Ego † foꝛmabo vnam queſtionem in l. ſi creditoꝛes. C. de pig. Habeo poteſtatem ingrediendi mea authoꝛitate in talem fundum, vel domum, quero ſi ille fundus, vel domus efficitur eccleſie, an illa poteſtas ingrediendi tranſeat in eccleſiam: Inn. ponit in c. verum. extra de foꝛo cōpeten. ⁊ dicit, quod non. Hoſtien. dicit cōtra, ⁊ in hoc reſidet Jo. An. ⁊ ego in l. ſi creditoꝛes. tenui op. Hoſtien. cōtra Inn. ⁊ allego l. ſi quis curialis. C. de epiſ. ⁊ cleri. In contrariū facit iſta lex. Sed breuiter aliud eſt, rem effici eccleſie, aliud eſt rem effici religioſam, qꝛ nō omnis locus, quem habet eccleſia, eſt religioſus, qꝛ ſi eſt religioſus, tunc non tranſiret illa licentia ingrediendi, vt hic.

ADDITIO.

a ALEX. ¶ Interdum. Facit ad hoc l. fi. ff. de litig.

LIBER XXXVII.

TITVLVS I.

De bonorum poſſeſſionibus.

¶ Gl. continuat iſtam rubricam ad precedentia. Dic vt in gl.

LEX I.

BOnoꝛum. In hac lege, cum ſequenti, Iuriſconſultus ponit effectum bonoꝛum poſſeſſiouis agnite, quem effectum probat duabus rationibus.

LEX II.

1 ☞ Bonoꝛum poſſeſſoꝛ quando habeat directum dominium, ⁊ quando vtile.

2 Bonoꝛum poſſeſſoꝛ, licet habeat vicem heredis, non tamen eſt vere heres.

3 Hereditas que defertur alicui ex conſtitutione alicuius inferioris a Principe, non efficitur ille heres iure directo, ſed habet bonoꝛum poſſeſſionem.

Statutum conditum ab inferioꝛi a principe, an dicatur ius pretoꝛium.

IN omnibus. Ibi, habentur, ⁊ ideo ſicut per aditionē hereditatis queruntur omnia iſta, ita per bonoꝛū poſſeſſionē agnitam, ⁊ admiſſam. Contra hanc legem op. dicitur hic, ꝙ appellatione bonoꝛum continentur commoda, ⁊ incommoda. contra in l. mulier. ſ. de iure do. Sol. vt dicam ī. l. proxima. ¶ Item dicitur hic, ꝙ bono. poſſeſſio omnia tribuit. Contra, agnitio ſola non tribuit omnia, vt ī. de acqui. poſſeſ. l. cū heredes, ⁊ l. facta. in prin. ſ. ad Tre-
a bel. ⁊ ibi not. Solu. [a] ꝙ hic in commodis, que ſunt iuris, ſecus in his que plurimū facti habent, vt poſſeſſio, vt in contrario. Not. ꝙ iſta eſt regula generalis, ꝙ vbicūque ex diſpoſitione legis, vel hominis transferuntur aliqua bona ipſo iure, nunquam tamen transfertur poſſeſſio ſine apprehēſione. hoc habes hic in bonoꝛum poſſeſſione. Idē in herede extraneo, l. cū heredes. in princ. ī. de acqui. poſ. Idē in herede ſuo, vt no. in l. cū miles. ſ. ex quibus cauſis maioꝛes. licet ꝯrium notetur, ⁊ male in l. in ſuis. de libe. ⁊ poſthumis. Idē in fiſco, in quē transferunt̄ bona vacātia, vt no. in l. ſicut. ſ. ꝙ cuiuſq; vniuer. §. fi. Idē in eccleſia, in quā transferuntur bona cōuerſi, vt tenēt docto. in authen. ſi qua mulier, ⁊ Inno. in c. in preſentia. de probatio. Idē in occupatione vniuerſali, l. ſi adoptauero. ī. de prec. ⁊ ſic ab iſtis talibus nūquam petent iudiciū poſſeſſoꝛiū, niſi probent de apprehenſione. Tertio op. ꝙ bonoꝛū poſ. non tribuat ius, vt in poſſeſſione Carbo. ⁊ ventris nomine, vt ad Carboni. l. j. per totā legē, ⁊ in titu. ſi mulier ventris nomine, per totū. Sol. gl. vt in ea habes. Itē op. dicitur hic, ꝙ bonoꝛū
a †poſſeſſio non tribuit dominium directū, ſed vtile, vt vtiles actiones, l. ⁊ ſi ſine. §. ſed ꝙ Papinianus ſ. de minoꝛibus. Due gloſſe hic poſite, vna in l. j. alia in ſecūda, fatent̄ contrariū. Dy. videtur limitare iſtas gloſſas ſic, ꝙ ſunt vere quando dominiū directum, vel actiones directe ſunt apud aliū, qꝛ tūc tātum vtiles tranſeūt, vt ibi: ſed qñ directe non ſunt apud alium, tunc bonoꝛum poſſeſſoꝛ habet dominium directū. Ratio, qꝛ ex perſona heredis non debet immutari cōditio obligationis, l. ij. §. ex his. ī. de verbo. ob. Aduertatis, iſtud dictū Dy. non eſt verum, qꝛ cōtra caſum l. pe. §. fi. C. ad Treb. vbi directum dominium, vel actiones directe, nō ſunt apud alium, vt quādo aliquis ſine herede decedit, ⁊ tamē vtiles tantū tranſeunt, vt ibi dicitur. Aduerte, ſi apud alium non ſunt directe, vel directū dominium, tamē eſſe ſperatur, vel poſſibile eſt eſſe, vt quando de iure ciuili aliquis filio emancipato preferetur, vel alteri cognato, tūc iſta gl. dicit veritatē: qꝛ ad impediendū ne bonoꝛū poſſeſſiones querantur directe, ſufficit ſpes quod poſſent eſſe apud aliū, vt l. ſi duobus. §. fi. ⁊ ibi no. ſ. de leg. j. ⁊ l. cū quidam §. ꝙ dicit̄. de acqui. hereditate. Si vero nō ſunt apud alium, nec eſſe ſperantur, tunc dominiū directum eſt apud bonoꝛū poſſeſſoꝛem, ⁊ tunc verum dicit Dy. Si vero apud neminem eſt directum dominiū, tunc res eſt vacans, ⁊ in nullius bonis eſt. ⁊ ſic per occupationem, dominium fit occupantis de iure gentiū. Sed in